



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (I)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

Dominicus Machaneus equiti Magnanimo Gaspari uicecomiti
patrono & Moecenati suo.s.

Vliãis kal. æstu cãiculari feruescẽte ad patrios lares secessi. ubi
Platonicũ illud amplexãs .ocio labores anteferendos nõ min⁹
Dianam montibus q̃ Mineruã ipsam exercui. subinde amoenissi
mã uerbanicam regionem pagrans meditabar ptolomeum. Strabo
nẽ Mellam Pliniũ Dyonisium toto orbe terrarum depingendo oc
cupatissimos hũc pulcherrimũ situm ut pote minimã gloriæ suæ
segetem: uel pytagorea quadam taciturnitate p̃teriisse uel breui trã
scursu & celeri nota tantũ noiasse: miserabar deinde deflebamq; p̃te
ritorũ temporũ erumnosam infoelicitatem detestandamq; litterarũ
pniciẽ quibus nemo ab hinc centesimũ annũ p̃ter unũ Blondũ Fo
roliuiensem sũmaria orõne usum. propagare curasset Verbani lac⁹
inter Italicos eminentissimi & haud dubie primi copiosissimas ad
mirandasq; dotes exteris p̃sertim nationib⁹ exotica quadam inscitia
penitus ignotas: Meũ itaq; duxi ueteri adagio gladiatoris in harẽa
capere consilium sumptisq; pugillaribus quos ĩ uia nusq; peniten
dos comites pro uehiculo assumere cõsueueram compendiario ser
mone topicoq; elogio formam cãporum. montium. uallium. flumi
nũ. lacus deniq; totius opistographa schæda descripsi Mediolanũ ĩ
de paucis post dieb⁹ regressus nescio quo fato annuente quo ue assẽ
tiente eudemone ad curam erudiendi filioli tui delectus sum de quo
(dii mõ coepta secundent) gloriam spero. Verũ enim uero id absq;
sũma archanaq; naturæ lege euenisse haud dubito nã philosophia
potentiaq; in idem tendunt De me quidem ut taceam cuius firmita
tem fidem sinceritatem tanq̃ ueram sapientiã experiere. de te certe
cõticescere nequeo nã præter patriciam nobilitatẽ fortunæq; mo
mentanea & caduca bona quæ prophanum uulgus ita in te ut in re
liquos beatissima existimat: socraticam animi tui pulchritudinẽ ad
mirari nõ desino Quis.n. dipatum Insubriorũ te in hystoriis fabu
lisq; noscendis ptior? Quis in uernacula poetica tersior? Quis elo
q̃ntia periclea mellifluuior? Quis ingenii nobilitate celerior? Quis
inq̃ moderatione aurea probatior? Vererer equidem ne foede crimi
ne assentatiõis accusari possem nisi adessent hac p̃clarissima in ciui
tate prudentissimi litteratissimiq; uiri amplissimi harũ rerum testes
quorũ cõmertio assiduo oblectaris & quibus non minorẽ apud po



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

steros familiaritate tua laudem tribues ac ꝑbuerit Hiero siculus & pausanias Lacedemoni⁹ Simonidi melico: periāder corynthiis Thaleti milesio Pericles Anaxagoræ Cresus Solōi utq; ad Ro. exempla decurram Scipiones Polibio ennio Terentio . denique pomp. Magn⁹ Theophani Mitileneo Varroniq; linguæ latine duci. His igitur tātisq; uirtutibus tuis effectum est ut quod antea tumultuarie scripseram in penatibus tuis ordine redigerem absolutoq; tibi & dedicato opusculo hoc obseruatiūculas quasdam Tranquilli necnon Valerii Max. in studendo succincte annotatas editurus eram nisi quorūdā digladiantium pugna me detinuisset iuxta Hesiodianum illud καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ: quos operam ludere permittamus donec elucescat dies quo ueros auctorum sensus non gerris siculis sed docto iudicio comprobent. Hæc interim chorographia candidissime Gaspar plautino more fabularum nostrarum antilogium erit ī qua si uesaniam Cheryli imitabor tu magnanimitate Alexandri parcas uelim. Vale nutantis cymbæ meæ appellende portus.

Io. Ia. Gilinus Machaneo. s.

Legi libenter chorographyam tuam qua Verbanū nostri seculi hominibus non monstras solum sed tanq; in ꝑspectissima pictura ostēdis Nihil in ea est nō erudito ac diligenti uiro dignum & quod nō ita præsentem in ea enarratione peritiam testetur ut maiorem tamē etiam in posterum polliceatur Tibi igitur gratulor qui patrios lac⁹ & montes & amnes scribendo & proter pietatem & proter doctrinam inter præclaros scriptores apud posteros nomē tibi paraueris. Mihi quoq; non inter postremas lætitiæ partes fuerit tui notitiam & amorem nactum esse quem & magnifacio propter doctrinam & bonitatem & ubi acciderit te a me amari quoad per uires meas effici poterit libenter ostensurus sum. Perge ergo & cœptum opus magno iudicio magnaq; doctrina nō minori laude perfice proter quod non solum Verbanica ora sed etiam ætas nostra tibi debitura est.

Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

Chorographya Verbani lacus ꝑ Dominicum Machaneum edita.

Rementorũ quæ a deo optimo maximoq; creata sunt aquã
cæteris p̄stat̃ & impat̃ nequaq; ambigi debet:Quippe hæc
terras fructib⁹ suis deuorat:Flãmas opposita potẽtia enecat
æthera scandentibus nebulis petit:deniq; cælũ densis uaporibus ad
sydera surgẽtibus sibi uẽdicare p̄sumit:Illa nãq; alimẽto humoris
ad se tracti nutriunt̃ quod Homer⁹ diuinarũ oĩum ĩuentionũ fons
fabulamẽto poetico nobis ĩtelligẽdũ reliq̇t.ubi finxit Iouẽ cũ cæte
ris diis ĩ occeanũ ad æthiopũ mẽsas discubuisse:Ita ut rectissime ui
deat̃ scripsisse Aristoteles Lõge oĩum optimũ esse aquã.Thales quo
q; milesius aquã ex imis terræ scaturiginib⁹ natã humida manu cæ
lũ fabricasse diuinãq; habere materiã existĩauit:Vñ mythici poetæ
illius sequti opinionẽ occeanũ nũcupauere deũ:nec minorẽ animãti
bus uictus utilitatẽ circunfluus humor in orbẽq; desinens præbet:
q̃ terra ipsa oĩum parens & altrix. cuncta enim ex humore & igne
concrescere haud dubie physici probant:quorũ alterum terras am
bientem occeanũ uocant:qui maria flumĩa stagna lacus fontes emit
tit:ut lynceo hominũ eruditorũ ĩgenio ĩdagatũ ẽ:qui tradidet̃ eũdẽ
per omnẽ terrã diffundi montesq; ipsos etiã scandere cuius rei tõnẽ
auribus eruditorũ ĩpendio hic notabimus tuburcinata tm̃ oratione
& tumultuaria satisfecisse cõtenti uariis argumẽtis ꝓbat̃:aera frigi
da terræ cauernosaq; loca ĩgredi quæ spiritũ ĩ se p̄mendo & cõden
sando ĩ aquã redigunt & q̃uis nõ totũ tñ tenuiorem partẽ:Vñ Al
bertus magnus inquit se hoc piculum fecisse misisse qui ex altera p
te montiũ uentos ĩ speluncas flantes specularentur ipsumq; ex ad
uerso ꝑ directũ stetisse mox uidisse humorẽ ꝑ stillicidia fluentẽ:hac
deniq; se constitisse scribit sñĩa.aerem illũ in cauernas ĩgredientẽ nec
exitum habẽtẽ.paulatim attenuari & eius subtilissimã partẽ ĩ aquã
mutari.nec absonũ aerẽ humidũ rimosaq; terræ loca ob solis ĩacces
sum frigor̃ torpẽtia elemẽtũ ex se gignet̃ frigidũ & hũidũ:quæ ẽ aq̃
Diligentissim⁹ q̇dẽ & nũq; satis a me ĩ hoc laudat⁹ albert⁹ si mõ nõ
suppressisset huiuscæ rei ĩuentorẽ senecã q hæc æadẽ ante ĩ natura
lib⁹ exarauerat q̃stionib⁹:obnoxii ꝓfecto & ĩfelicis ĩgenii ẽ Vt ille ĩ
q̇t dep̄hẽdi ĩ furto male q̃ mutui reddet̃ alii dixet̃ aquã syphonib⁹
tumẽtẽ cacumĩa terræ ascẽdet̃ Vñ ꝓbant maria nõ augeri q aqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

quæ influit iterũ ad mõtes refluat:licet sint mathematici quidã qui solẽ huiusce rei causam uelint:nec desunt q asserãt uapores p terræ poros eleuatos liquefieri:hæc ipi uiderint.in medium relinquenda a nobis utcunq; sint. Mihi uero mirandum pcipuumq; occeani opus inter cætera nũc describere sat erit. Verbanum cisalpinum lacum ut pote inter Italicos eminẽtissimũ.cum adiacentib⁹ oppidis finitimisq; eiusdem & fluuiis & sũmis naturæ dotibus ibidem gaudentis:cui de scriptioni haud ab re chorographiæ nomẽ indidim⁹ q tũ breuiter tum singillatim quæq; ẽtnũ minima loca diuidimus magisq; rerum qualitatem ac quantitatem depingimus.in quibus hãc a cosmogra phia differre Ptolomeus fidelissim⁹ scriptor testatur. Sed quid agã: unde exordiar:tantus uerbanicarum laudũ campus patet ut a qui bus initiũ sumam mussitem:Regio illa felix & salubris cæli perenni tempie occurrit:tam fœcũdi campi subeunt: tã aprici colles & pin gues salt⁹ bouũ caprarũ lanatarũq; pecudum tot cæduæ siluæ tot nemorosi mõtes fontiũ fluminũq; ingentes decursus tãta delicatissi morũ piscium copia:ĩnumera melliferarũ apium alueaɼia Deniq; tã ta frumẽti olearum castanearum fertilitas ut palam sit naturã ipsã circiter Verbanum luxuriare uoluisse. Est ergo forma Verbani co cleæ instar quibusdã lunatis cornibus bifurcata:alibi trigona.patet ut quotidie nauigantibus accolis credẽdum est.& nos quoq; certio res arbitri eum supiore ãno lustrauim⁹:in longitudinẽ quidem sta dia ccclxiiii.in latitudinẽ uero xxxii. quibusdã in locis ita arctatur ut tantũ mille passus uel paulomin⁹ contineat.aliis tria aut bina pas suum millia natura ĩterdũ ita placidus ut a qbuscũq; ul' nauigandi insciis placidissime remigetur modo ita turbidus ut Bænaceos ĩmo adriaticos fluctus exuperet nunc illũ tranquillũ eodemq; fere tempo ris momento uentosum inspicis:psertim quũ euertsas cõcitat eurus aquas quem indigenæ montani sibi peculiarem hyuernam nomi nant.ut galli circium appuli iapyga: Alter quoq; Mediolanũ uersus furit frequentissime nauigantibus.quem nautis fœlicem iure e regio ne ipsa Aquilonem uocabimus. Hic scopuli non cerauniis. non Scylla & Caribdi inferiores latrant:adeo ut poeticum illud recte cõ cinari queat: Ventos hic uasto rex Eolus antro Imperio premit ac uinclis & carcere frænat. Insunt muscosæ domus quas nereidum & Tritonum atria celeberrimus quisq; uates existimabit. Spumam quam græci αφρων ita niueam exhalat ut ex ea cõceptam Venerẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

quæquæ in maius extollentes poetæ haud imerito canere possēt. Circiter plurimi portus tutissima nauium recœptacula conspiciuntur: Varia hinc atq; illinc rerum facies: nam modo occurrentibus montibus arctatur: modo latissimis littoribus herbis & tepore uerno nitescentibus diffunditur ut si quis illius potissimam frugalitatem & amœnissimum secessum collegerit nimirum cunctis Italiæ lacubus præferat: licet alii ex præclatissimus antiquorum gestis gloriam sibi apud tersissimos auctores comparauere ut Albanus ex quo uaticinium illud fuit: Priusq; ex lacu Albano aqua emissa foret nunq; potiturum uheis Ro. ut Regillus in agro Thusculano ubi Castor & Pollux pro Ro. dimicantes uisi. post pugnam ex oculis euanuere: Apud eundem. P. Vatinius Reatinæ præfecturæ uir noctu Ro. petens nunciare iussus Persem macedonū regem ab Emilio Paulo captum: Nec se Ciminius Ethruriæ lacus contra Verbanum nostrum iactet q̄q; herculeis uiribus effossus: Nec se Trasimenus & Auernus diuersis malis famosi erigant: alter inter Perusiā & Cortonam. T. Flaminii consulis temeritate & clade insignis alter in Baiano sinu spelūcha scrupea & fœtido exhalatu sulphureæ uoraginis celebris ubi etiamnum aditum domus Plutonis finxere ꝙ densa caligo inerat quodq; obscœnum illud sacrum humano sanguine confectum inferis agebatur quo salsa antiquorum opinio euocari manes putabat: Nec se Larius & Lucrinus Bænacusq; & si diuersissimis in locis siti. copia tātū piscium germani extollant: hic enī suauissimis piscibus uberior est: tum innatis tum ex Adriatico fluctu in Padum mox Ticinum postremo in lacum hūc nātibus: ꝙ & si quibusdam mirū uideatur attamē altius scrutantibus ueritas apparebit: Scatet autem his præsertim troctis luciis qui reliquos magnitudine excellunt agonibus saxatilibus uariis minoribus ad luxum ganeæ conquisitis infinitis deniq; quorū noīa recensere prolixi magis esset q̄ frugalis scriptoris: Quidam aūt Plinio auctore oībus annis squāmas clauorum caligatiorum effigie pandentes tantum uergiliarum ortu apparent quorū rusticanum uulgus muzaros nuncupat & si apud nos sint hoc nomine quidam alii qui latine mugiles dicuntur uernacula autem lingua quibusdam in oris ceualli: quæ dictio et si uulgaris a græco tamen originem habet. Eant nunc Catullus Plinius nunq; sine præfatiōe doctrinæ nominandi lacus patrios iactent dummodo hunc sit⁹ natura apricis collibus ui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

ridantibus ripis gemmeis euripis omnium deniq; rerum copia cun
ctis præstare constet ut statim in procinctu sequentia legentib' erit

Cap.ii.unde incipiat

Xordium Magaino uico sumit:mareq; nostrum(si parua
magnis conferre licet) imitatur. primo namq; introitu co
artatur mox diffunditur ut propontis iterum præmitur
scdo pāditur more ponti euxini.& deniq; Sextium usq; non medio
crem pagum clauditur:Dextra in insubrias oras tendenti conspiciū
tur Gardola uicus Locarnum oppidum Vicecomitum nostrorum
opimis uictoriis nobile.cum arce munitissima caput īperii Illustris
satrapæ Ihoannis ruschæ multis in pagis & castellis imperitantis
quem quidem principatum a maioribus suis hæreditario relictum
obtinet. auget indiesq; ualidiorem retinet:nuper addita etiamnum
summa munificentia inclyti reguli nostri qui Locharni arcem illi
ut fidelissimo credidit & largitus est:inferius Ascona est oppidum
prope quam quattuor milia passuum binæ insulæ cuniculares .i.
cuniculis animalibus abundantes iacent quæ non minorem admira
tionem q̄ uoluptatem transeuntibus præbent Paulopost uisuntur
Brisagum Canobium populo frequētissimum huberrimum coria
ceæ mercis emporium Ex eodemq; loco acutissima & acerrima in
genia in omni prope scientiarum genere emergunt . Plures togati.
Canobienses hac inclyta in urbe conspicui occurrerent sed illos obi
ter nominasse sat erit:q; ut illic uere Maius ab exequiis nomen in
ora uenit Dehinc post mille passus transeunti conspicuum templū
diuo Eusebio dicatum in colle supereminet cui præest sacerdos
præposit' a reuerēdissimo .d.Iacobo. Sclafenato cardinali Parmē
si integerrimo.qui merito sacerdotium illud ut cætera obtinet :Ein
silicea fundamenta castelli Malpagæ et iam nomen retinentis in pro
fundo lacu sita supereminent quod olim a Mazarditis quibusdam
pyratis conditum.fausto.Mediolanensium omine deletum fuit:Pau
lum infra existunt Caneræ uicus celeberrimus & amænissimus Ca
nobiensium secessus:supra quas montes uersus Ogabiana mapalia
frequentantur:ubi superioribus annis ꝑ certo cōpertū est rusticos il
los ad auerūcādā tēpestatē quæ quotānis sæua homnium bouum
q; labores depopulans gliscebat miserrimum sacerdotem senio con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

fectum eundem paroquianum suum ingentis mole saxi chateaq collum grauatum habentem ut canes solent in medio lacu deiecisse q cum magicis artibus grandines elicere omnibus accolis persua sum erat exinde obseruatum se nullis cæli similibus agitatos calami tatibus: hoc ideo mihi prætereundum non fuit q in siluestribus de sertis magis q uspiā incantationes exerceri a multis exploratum est: Prætereuntur insuper in littoribus conspicua oppida Intrū Pallan tia quā circūfluit sinus mergotius longitudīe mille passus qui ram⁹ est procedens ex lacu isto quem pulcherrimum inter alios scribere delegimus: sic quoq dictus a loco uicio eiusdē noīs: Sola aūt Pallā tia ex Verbanicis oppidis meram ditionē inuictissimi ducis nostri retinet nobiliū aut ditissimorū uirorum cætu frequens: Iuxta quam Issellæ duæ pennisulæ uulgatissimū piscatorū cōmerciū sitæ sunt. Accidit dehinc ordīe corographiæ nostre Lexia unde proueniūt optīa Liberi munera cum Falernis Setinisq certamen hn̄tia utq de nostris loquamur meris Montibrigantinis palmā auferentia. Naui gāti postmodū quīq milia passuum Arona cum turribus eminen tissimis fulget: qbus ī locis singulis ebdōadibus emporia celebrant quæ ipi mercat⁹ nomināt Sinistra uero Mediolanū uenīēti legunt Magainum Locharno oppositū nō tn̄ ex recto paralello: Apinū sa xosa cū turre Machāeū dulce natale solū nr̄m: Luinū Germignacha arx Trauallia p̄dicta uallis nom̄ retinēs Lauenū Accerū Angleria cū pulcherrīo castello Aronæ opposita. ipaq uicecomitū nr̄orum laudāda origo nā hi ipsi a comitib⁹ Angleriæ stirpē trahūt quos a regib⁹ Lōgobardorū stemata deduxisse uetustissimi annales chroni caq haud aspnanda tradidere: De qua historia non mihi longius diserēdū ē q Georgi⁹ Merula uir latinis littteris græcisq seculi nr̄i cōsumatissimus eam ita enarrat illustrat & excolit ut nil addi dimi nuiue posse uideat: Hisce duobus ualidissimis enarratis oppidis & suppositis locis p̄clarissimi hūanissimiq Bōromeorū dynastæ Ioan nes & Vitelliāus sūma cū iusticia nec mīore comitate doīnant: ibi la c⁹ claudi īcipit cōcatenariq ad quoscūq gallicos tumult⁹ arcēdos q ret si modo augustos tramites et saxosos. nō tn̄ hominibus sed et fe ris īaccesos conatibus summis transgrederentur classeq in. Insu brios agros forte ut sunt leues transcendere sibi confiderent: Nimi rum natura illis bene consuluit alpes opponendo quod eorum de mentes furores præuidebat: Qui quidem altissimi montes totam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

uallantes Italiã uariis in locis uaria noĩa sumpsere. nam aliquãdo graii appellantur a transitu Herculis: aliquãdo coctiani a rege Coctio: Interdum Iulii necnõ littorales: nonnunq̃ poenini nõ a trãsitu poenorum ut plurimi auctores alioquin probatissimi diseruere sed ab eius sacri uerticis incola ut Liuius scribit agnominati sunt hac autẽ ex regione: rhetii uocantur: a rheus ut uindelicii a uindelicis:

ca. iii. Qui fluuii in eum decidant.

Abuntur in eum flumina multa ex quibus Ticinus alpib⁹ rhetiis decurrens ex eodemq̃ iugo montis scatens ex quo Rhodanus Rhenus Danubi⁹ Athiso diuersas tamen in regiones labentes: hic prope Bellinzonam fluit oppidum ita ualidissimũ ut Sedunicos furores impetusq̃ ne in agros nostros crassentur arceat. lacum ingreditur uariis completus fluminibus inter quæ notissima Moesam ab ualle Mesulcina alterum ex Bregni recipit: In eũdem Madia & Veruascha deriuantur Insuper Tresa ex lugano lacu eo turbine ruens ut eã decennio elapso prope Giermignachã lapideo ponte iũgere op⁹ fuerit: quoniã pontes ligneos ac limo impexos uorticoso sinu diruebat Memorandus quoq̃ Athiso uulgo Tonsa uocitatus iuxta Domodusulam antea Oscellam dictam p̃cipitatus ubi exercitus noster trieteride elapsa innumeris Seduis Veragrisq̃ ad pontem Crebellam interemptis ingentem reportauere uictoriam Hoc esse flumẽ Athisonem quem Plutarchus ĩ Mariana uita refert firmissimis ausim approbare argumentis iuxta quem Marius septies consul cum. Qu. Catulo Cĩbros ad internectionẽ deduxit. nec quisq̃ mihi obiectet ĩ epythomatis Liuianis a. L. Floro editis Athesim reperiri nam id rationibus falsum esse demõstrabimus Scribit ipsemet Cimbros Theutonos atq̃ Tigurinos quum terras eorum inundasset occeanus & gallia atq̃ hyspania excluderentur nouas sedes quærentes in Italiam per tridentinas alpes uenisse. id uero q̃ insipidum est qui breuiore uia transire poterãt longiorem multo quæsisse. cum proximior esset Domodusulæ uia. qua proficiscũtur qui ex his ueniũt regiõibus. præterea ita plutarch⁹ tradit. His dictis iussit Teutonorũ reges adduci nam illos fugientes Sicciani in alpibus excœperãt Sicciani uero qui sint neminẽ adhuc apud Tridentũ qui se

ſcire diceret repperi. In nouarieñſi agro hos eſſe Sicia fluuius teſtat
uaſtiſſimã interſecans uallem eodem nomīe quem quidē alii Sicciã
alii Seſſitem dixere qui mox padum īgreditur iuxta Brenide haud
ignobile oppidum. Certius argumentũ ueritatis noſtræ exiſtit cam
pus in quo conflictus fuit quem tũc Rhaudium nunc īmutatis litte
ris Rhobiũ ſiue Rhodobiũ appellant: Certiſſima quoq; ſuperſunt
argumēta arx Mariana a Nouaria. iiii. milibus paſſuum necnon Sil
lauēgum Syllauenga uici ac Rhomanianum oppidum & Blandra
te a flãdria mutatione. ſ. in. b. ut cõiectari licet dictum. quæ omnia
eo deueniunt quo liquido eruditis uiris recte ſentientibus appareat
Ro. Barbaroſq; in his dimicaſſe locis non in agro Veronenſi ubi
nulla penitus huiuſcæ memoria pugnæ reſtat. nec illis abſonum
uideatur Flo. propinquitate noīs Athiſonis Verbanici Atheſiſq;
Vero. longe deceptũ ab recta uia exorbitaſſe. nominũ. n. ſimilitudo
maximos auctores in pudentiſſima errata deduxit ab huius flumi
nis ſiniſtra Vergonta uallis linquitur ubi craſſioris uilli ueſtes fiunt
quas non imprudeuter bardocucullos appellauerimus Illabitur p̄
terea fluui⁹ quidã ſancti Iulii dictus ꝙ ex lacu eiuſdem nominis ori
tur apud quē eſt templum. d. Iulio dedicatum hodie quoq; miracu
lis ſcatens quē hortæ lacum iuniores nominãt hic impetuoſus flui⁹
uulgo Strona uocitatus primo ſolus exin Athiſoni cõmixt⁹ iuxta
Feriolũ oppidũ Verbanũ influit: augent p̄terea illum plurimi torrē
tes multiq; limpidiſſimi fontes Martiæ uirginiq; Ro. p̄terlabentib⁹
haud inferiores quos ut nullius famæ prætereo Hoc loco nõ ſilen
tio inuoluendus eſt error Blondi Foroliuiēſis uiri alioquin doctiſſi
mi & ſolertiſſimi q parũ diligēs ī tractu Verbãico C legētes bõi cõ
ſulant quæſo ꝯfalſo autumat Ticinũ in Sebuinũ lacũ ingredi anteq;
Verbanum attingat cum etiam quibuſcunq; de media plæbe cõſtet
nullum ibi exiſtere lacum præterq; a nobis delectum ad ſcriben
dũ cũ propinquis Sebuinũ uero lacum Brixianæ regionis nunc Iſſei
dictum unde ollius effluit nemo fere eſt qui non ītelligat licet quidam
apud plinium ſcripſerint Seuinum Eodem ī ſinu. multa puerilia ab
eo tradita prætermitto ut ubi īquit curuatum ſupra bifariam Ver
banum Lugani ea in parte appellatum Hæc enim commemoro
tantummodo ne ſtudiis dediti iuuenes peruerſa fallãtur lectiõe. Dii
mihi ſunt teſtes me adagiũ illud in phædio ſũmopere uitare. Dulcis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

anchon est Ad lacum igitur reuertemur eundem.

Cap.iiii.quæ circa Verbanum

VStrabis montes asperos saxosos dumosos. etiamnum sil uis nẽonbusq; plenos quæ non minus contignatiõi q̃ foco utiles arbores ferunt. Subinde plurimos colles cum Baccho Cerereq; certamen habentes reuises nec minora littera leges. quæ uisu iucũda pratis uernãtia sunt ita ut ex fundis campestribus colli nis montanis nec quidem scrupulus trreæ sterilis deperdatur: Terra ipsa & si aliquanto specie differt in uniuersum tamẽ aut frugibus aut siluis uel saltibus uestita. humidior qua gallias uentosior qua Insubres aspicit ubiq; pecorum copia spectare libet pĩguia bouum pascua ingentes ouium greges nec minores caprarum & porcos & Maialles: Hedos Ambraciensibus petulciores quorum summ⁹ grex a uellaturam facientibus per ternos mẽses in urbẽ nostram allatus ad urbis nostræ obsonia augẽda plurimum confert Ex feris autem lupos maximos ursos præpingues conspicimus summam copiam uiuacium ceruorum capreolorũ caprearum uulpium leporum frondosa loca continent: Deniq; tres liquores humanis corporibus gratissimi circa uerbanum præcipui enascuntur: uina Campanis simillima oleum haud Venafrano inferius mella hymetiis hybleis calidneis nequaq̃; cædentia: quæ singula regionem illustrare ualerẽt: Hinc massæ casei bubuli ouilisq; afferuntur quibus ipsi plurimum nutriunt hinc butirum candelæq; sæui purissimi cæteras ex aliis regionibus asportatas facile candore superantes. Hinc pisces ad quadragesimæ ieiunium p̃parati quos agones dicimus Hinc afferũtur oliuæ conditiᴛie siue mauis pausias a pauiendo dictas.i.tondendo siue testiculares suauissimi saporis Hinc tergora expolita ad caligas calceos crepidas folles domesticaq; cætera Hinc uasa esculenta & poculenta lignea suppellex. Hinc tunicæ librorum Hinc instrumenta uiminea hinc deniq; ea quæ iustam uoluminis magnitudinem adimplere possent Sed nos ĩmensum spaciis cõfæcim⁹ æquor. Et iam tempus equum receptui canere recreatoq; paulisper animo secundum librum aggredi maior enim ut papi. inquit post ocia uirtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

Libri secundi prohemiũ.

Equuntur dehinc memorãdæ opes naturæ intra almæ parentis nostræ uiscera reconditæ quas auaritia luxuriaq; nostra irritamẽta malorum rimatur. Non satis nobis fuit illã benignã indulgentemq; ancillam creditum fœnus bona fide ampliore q; cumulo ad uictum nostrum reddere: Quinetiam miserrimi parricidæ ferro eam petimus ipsiusq; archana cælanda in exitium nostrum prostituim⁹: Inde illud adagium græcanicũ τοχρηματα ϖαντα γηηωηΔε inde latinũ omnia auro & argento uenalia inde poetica tuba Quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames: inde fratricidæ Iugurtæ uox in Ro. conuitiantis O urbem uænalẽ si modo inueniret emptores inde Catonianũ oraculũ Prolomeo consulenti exhibitum si tota ægyptus in pecuniam uerteretur nunq; explere posses auiditatẽ & ingluiẽ Cæsaris & Põp. utinamq; insulsus ille terrestri deo paruisset. Inde inq; gemmæ armillæq; & murenulæ pudiciæ lænæ. inde calices Mentorei cryssendeta smaragdis tecta abaci ornamenta phialæq; & laminæ thoris uermiculatim impexe inde arma bellorum incitamenta inde morosa pingendi subtilitas inde obrizum pustulatumq; perfectissimum inde præcipua morum insania cædendi montes ad marmora scrupulosius inuenienda & quidem ea ex locis cognominata ut apud priscos sinadica Caristia Laconica Numidica Hymetia Lunẽsia in quibus. M. Scaurus. L. Crassus orator Lucullus qui Luculliano marmori nomen dedit se oblectauere. Addidere cœnationes gestationesq; etiamnum phengite distinctas. Hinc deniq; superbia & scelera nostra cuncta emanauere. Sed amor uniuersi generis humani nos longius a proposito euexit Nimirum nimium nobis assumpsimus uniuersum genus humanum castigare uelle. cum maiores nostri de his iampridẽ conquesti sint. conquerentur & posteri Itaq; farraginem nostram ad chalcem ducere maturemus.

De effossionibus circiter Verbanũ.

Væcũq; hoc ĩ capite enarrabũtur tũ ipsi uidius tũ ex Brãmãtis sñia scribim⁹ geõetræ & architecti poetæq; uernaculi sæculi nr̃i cõsultissimi q regionẽ hãc ut sciæ cupidissim⁹,

lustrauit. rerumque naturas subtilius indagatus & primo incho andum uidetur a carbunculis: India tantum hos antea mittebat Diui autem Galeazii quinti temporibus nescio utrum faelici auspicio an luxus crescentis infausto inuenti fuere ut matronarum morosissima desideria non satiarentur sed augescerent. hos argentarii rubinos rochæ nouæ appellant clariores sunt orientalibus excudun tur summa cum diffilcutate cælis e saxo fragili unde maior interdum est impensa quam lucrum: excussos deinde magno præstinant mons autem ubi depræhenduntur est supra Bellinzonam prope Abiascum pagum ubi Lipontina uallis Bregnanæ iungitur. Post gemmas ordine procedunt marmora preciosa ex quibus omnis Lombardia domos construit et ornat Hæc binis ĩ locis prope Tonsam Gandiæ & Ornouasci effodiuntur nigra autem prope lacum hortæ: ex his ædem Sacrosantæ Mariæ dedicatam hac in urbe saberrime construunt quæ facile septem orbis miraculis addetur tanta est operis moles & architectura tāta marmorum luxuria iconia statuarum cælatura totū denique examussim simetriæ corpus compactum. ut templum Dianæ ephesiæ a tota Asia per ducentos uiginti annos constructum magnificentia sublimi exuperet. nec illa iactet columnas & epystilia summæ molis. nec pitissimos nimirum extollat artifices Scopam & ctesiphontem reliquaque miranda ut impendium maximum in fundandis & extruēdis muris nam præter cæterarum rerum preciosiorem magnificentiam nam hoc pythio magis tripode uerum est plebeculam Mediolanensem omnē fere diaria cibaria uestimentaque pro labore in hoc templum maximum impartito lucrari: Incredibilis denique erigitur magnificentiæ altitudinis latitudinis longitudinis prima futura huiusce urbis gloria ita ut de illo melius sit conticere quam laudes breui oratiōe lancinare. Igitur ad scilices ueniendum est domuum nostratum firmamenta ex quibus Iouis arcem omnium Italiæ munitissimam a diuo francisco exedificatam conspicimus & lithostratas uias pertransimus: quæ antea cœnosissimas regiones mundissimas reddidere. Hi ultra Buziratem uicum & ultra Angleriam oppidum frequentissimi reperiuntur ex quibusdā saxis quod mihi mirū uisum ē ĩtuenti: eraditur puluis ĩ modū harenæ scapellis ferreis ex cōposito ad id cōstructis qua

panni inficiũtur:Sed iam ualles cũ montibus ex quibus ingentia sa xa decidentia ui aquæ paulatim ĩ lapillos littorales redigũtur:uiridã ti cõuexitate atq; amœnitate ad se characterẽ nostrũ poscunt.

Cap.ii de uallibus

As enumerare infiniti esset opis More itaq; prudentis ducis delectum faciemus. Vallem Lipõtinam per quam Ticinus fluit principem ponẽdo. Dehinc Bregnanã Mesolcinæ iun ctam ubi Mesochus castellum . Hæ ternæ ad Bellinzonam triden tis more desinunt Sequitur Veruascha ubi siluestres homines spar sim ferarum ritu degentes uagantur:Ad fauces Locharni quattuor respiciũt ex quibus Vegetiana supioribus annis furore gallico igni ferroq; populata domos funditus euersas amisit nunc uix paupe rum incolarũ ope. qui territi natales reliquerãt sedes recuperare co natur huic cõtigua est Canobiensis frugibus ferax & armẽtosa. Nul læ dehinc insignes existunt Mergotianã usq; ĩ quam Tonsa notissi mus decurrit huic plures annexæ ignobilitatis causa præteribũtur Domodusiliana excæpta multis conuẽtibus freqñtata Altera uero ex parte lacus prima est Marobiana & iuxta Cineris montem Lu gani quæ pluribus cathenata uallliculis ẽ Interiores ripas ingredi/ entibus occurrunt Binæ ualles consilii maioris ita uocãt:Post quas uallis cuuii & trauallíæ Denique campus Gauiratis qui Angleriam usq; patet .Ex montibus Charaxes Bellinzonam contingit super quem diuus Ludouicus sæculi nostri frugalissimus Augustus . qui urbem hanc ex latericia marmoream inter italicas splendescere & surgere fecit siliceum murum longitudine stadiorum .xvi .densitate vii.cubitorum arci Bellinzonianæ cum inexpugnabilibus turribus iunxit.quibus singulis præest præfectus cum expeditissimis militi bus uigilias agens.Hoc summa prudentia architecturæ opus ad gallorum impetus arcendos contundendosq; a fabre constructum est:Mœnibus subterlabiẽ Ticinus ideo fornicatus pons superiactus Mœnia illa quidem non minus natura loci.quam arte ipsa munitis sima sunt cuilibet Italicæ arci facillime conferenda.

Cap.iii,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. K.6.9 (b)

